praeclaré gestae immortalitate famae tanquam
iustissimo praetio rependantur, horum virtu-
tum, huius fidei ipsorum monumentum publi-
co testimonio Posteritati et aeternae memo-
riae consecro. Scripto in Castris 17. octob.
1608.

Joannes Carolus Chodkiewicz manu propria
Locus † Sigilli

Faveat denique quisquis est bonus Reipublicae Civis aequi-
tatis et libertatis amans iustae, Nobilium Pil-
tensium defensioni contra Impetitionem Juris et
Patrii legum eorum, quoniam sub ea defen-
sione Reipublicae quoque Poloniae negotium vertitur.
Si enim in Jure Civili, qui famam negligit, crude-
lis dicitur, quanto vero iidem nobiles crudelio-
res forent in se, suamque Patriam, si neglecto
naturali legitimae defensionis beneficio
non solum suam, sed etiam successorum
et totius Posteritatis incolumitatem Illustrissimae
Domus Ducalis Curlandiae acquirendi desi-
deriis subiugandam permitterent.
Cum itaque quod Jure fit, rite fiat, ideoque
nobiles districtus Piltensis Causam suae
defensionis Disquisitioni Legum, et Reipu-
blicae cognitionem committentes, nullius
omnino invidia, et odio prohiberi debuerunt
vel impostorum debeant, quo minus hoc